



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 381 - 383. De familiis et iugeribus traditis in villis Ernun Alegremishus, Ewardeshus et Liammaneshus intra pagos Derlingo, Falhen, Suilbergi et Logne.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114



§. 381.



radidit thiadricus pro riclinde I familiam in *ernun* (f)
tradidit hildired pro se I familiam in *alegremisbus* (g)

§. 382.

Tradidit tiadulfus pro asic et uxore sua et filia
XXXVIII iugera et I iurnalem in *ecwardesbus* (h).

§. 383.

Tradidit biso I iurnalem et I mansum pro matre sua ricberg in *liammanesbus* (i).

§. 384.

(f) Villam *Ernun* existisse in pago *Derlingo*, docet nos abbas Saracho in suo Registro De villa bonorum et P. A. C. Ex eo colligimus, designari vicum *Ebra* in Principatus *Ernun* Luneburgici praefectura *Knesebeck*, ita tamen, ut spectet iurisdicchio eiusdem vici in pago ad nobiles dominos de *Bartensleben*, nunc de *Schulenburg* dictos, ex *Bartens-* *Derlingo*.
lebia haerede natos; telonium vero ad praefecturam *Knesebeck*. An *Riclinde* fuerit *Thiadrici* vxor vel soror, traditiones nostrae non indicant. In medio proinde et nos illud relinquimus. Id tamen probabile nobis videtur, *Thiadricum* fuisse vel fratrem *Luitbarii* ducis, qui infra §. 396 nuncupatur *Dodico*, vel *Thiadricum*, qui frater *Ailberni* erat, testante §. 385, inter progenitores *Sommerfchen-* *burgicorum* comitum referendos, de quibus egimus supra §. 186.

(g) *Alegremisbus* villa spectauit ad pagum *Falhen*, testante abbate Sarachone in Registro *Alegre-* *mishus* in *Falhen*.
astro sapissime excitato. Arbitramur itaque, indicari vicum *Algermissen*, in episcopatu *Hildesheimensi* situm. Confer supra §. 339.

(h) *Ecwardesbus* erat in pago *Suilbergi*, abbate Sarachone teste, situm. Intelligimus De villa ergo, significari vicum *Oikersbusen*, in comitatu *Dassel* olim positum haud procul *Ecwardes-* *bus* ab oppido *Dassel*, dudum vero desolatam. Anno 1237 appellatur eadem villa in pago *Ikeribusen*. *Leznerus* autem in *Chronico Dassel*. Lib. IV. p. 166. p. 191. b. et *Suilber-* *gi*.
Lib. VI. p. 3. b. nominat eam *Oikersbusen*, et Lib. VII. p. 128. *Oekessen*. De *Thiadulfo*, qui in eadem villa quaedam tradidit, confer §. 104 not. (1)

(i) De villa *Liammanesbus*, quae, Sarachone teste, sita fuit in pago *Logne*, iam egimus De villa supra §. 371, quo lectorem ablegamus. *Biso* ad progenitores comitum de *Nort-* *Liam-* *heim* spectasse videtur. Si est eius pater *Wegani*, ut videtur, constituendus, *Biso-* *mannes-* *bus* frater fuit *Brunonis*, qui bona ad eandem villam sita quaedam largitus est ecclesiae nostrae. Quodsi autem *Biso* filius *Wegani* esset nominandus, fuisset dicti *hugo-* *Logne*.
ius *Wegani* vxor *Ricberga*. *Bisonis* nomen esse nomen viri, negare poterit nemo. *Biso* enim, *Paderbornensis* episcopus, qui praefuit ecclesiae suae ab anno 887 vsque 908,